



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

Provincia Rhenana. Domicilia, atque Socij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66514](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66514)

clari poterāt ab imparato, rudi, rustico, amente; nihil non fabulis, somnijs, insanie simillimum. Nihilominus tamen, quod est longe admirabilis simum, non modo auditur, probatur à plurimis, sed commendatur vt præco veritatis à Cælo demissus. vsque eò vulgus leue est, & procline ad res novas præsertim in religione sectandas. & excitaturus fuisset non contemnendum incendium, nisi nostri occurrissent subito, & effecissent vt perditus abriperetur in carcerem.

# PROVINCIA RHENANA.

Domicilia, atque Socij.



OLLEGIIS vndecim, vna Residentia, Missionibus duabus, socij trecenti quinquaginta circiter. Treueris quatuor & sexaginta, è quibus quatuor & triginta versantur in Collegio, reliqui in Domo probationis. Moguntie quatuor, & quinquaginta. Herbipoli septem & quadraginta. Colonie quinque supra triginta. Fulde triginta. Herlinge stadij quin-

quinque, & viginti. Spiræ vnde viginti. vno  
 minus Confluentiæ. Monasterij sexdecim.  
 Paderbornæ quatuordecim. in Embricensi  
 Residentia nouem. Molshemium habuit pri-  
 mo socios septem & viginti. exorto Argenti-  
 nensi tumultu diminutus numerus ad nouem  
 decim. ac denique vrbe ab hæreticis occupata  
 nostri omnes cum præsiario milite (quæ fuit  
 Dei prouidentia) incolumes egressi: dese-  
 tũq; Collegium. relictum ciuibus desiderium So-  
 cietatis, relictum militibus, neque enim illi vn-  
 quam in pace, neque hi inter arma aliquod à  
 nobis pietatis, aut caritatis opus desiderarũt,  
 quod alteris prestare pro nostro instituto pos-  
 semus. pro eo euulso Collegio, iacta semina al-  
 terius, Embricæ nobili vrbe ad Rhenum in  
 Ducatu Cliuensi posita. habuit ante paucos  
 annos Gymnasium studiosis mille quingentis  
 florentissimum, quod etiam ipsum in inferio-  
 ris Germaniæ lapsu cecidit. illud vt iterum  
 erigerent Cliuix Dux, vt eius Consiliarij sta-  
 tuerunt adminiculo Iesuitarum vtendum, ex  
 quo Societatis hominibus addixerunt. ipsa  
 Nostri aduentus fama tantus numerus disci-  
 pulorum affluerat, vt lectionum initia fre-  
 quentissima haberemus, subodoratus est ho-  
 stis humani generis, quantum sibi ex bocty-  
 rocino damnum immineret; ex quo per suos  
 emissarios, finitimos, inquam, hæreticos, hoc  
 vno nomine extrema quæque minitatus est  
 Embri-

Embricensibus, annona, pecore, mercibus abigendis damna ita multa intulit, vt maximo dolore ciuium ad tempus publica munera nobis intermittenda fuerint, speramus lucem post tenebras. Socios quatuor mors eripuit. suffecit Deus in eorum locum quatuor & viginti. Colonia sex magistros artium, vnum studiosum, Moguntia quatuor, duos Monasterium. singulos Treueris, atque Paderborna.

### Ab hæresi, atque à Sæculo erepti.

**T**reueris velum Iudaicæ legis ereptum patri atque octenni filio. alijsque duobus Herbipoli. omnes de more vnda salutari persusi. Nostra item opera ab hæresi ad Ecclesiæ castra redierunt Colonia septem, & viginti. Moguntia vno minus, inter eos quidam appropere doctus, qui annis viginti modo inter Calvinistas, modo inter Lutheranos prædicantis officio functus, tandem, & ipse è Cardinalis Bellarmini scriptis experges factus magno aliorum bono, maiore suo auitam religionem publice recepit, atque professus est. Confluentia septem, Treueris nouem, Spira duo de quadraginta. Heilingestadij duodeviginti, inter quos septuagenarius senex, qui annis quinque

& vi-

Et viginti obsessus à Dæmone cum frustra omnes hereticorum prædicantes, atque ministros defatigasset; à suis ad nos adductus infinita Dei clementia primo statim exorcismo ab hoste, atque ab errore liberatus est. Fuldae nobiles adolescentes extranei quatuor: Elephantiaci octodecim. tam certus syllogismus ad eos conuincendos fuit sedula caritas nostri sacerdotis; vt commoti sint alii nobiles hæretici, & miseros præter morem inuerunt elemosynis. At vero ex insidiis Ægypti in arcem religionis incluserunt Confluentini virgines quatuor, Colonienses capita octo: inter quæ puella nobilis ac prædines ciuitatem in sui admirationem rapuit. ibidem ad sua castra reuocati quinque apostatae desertores.

### Congregationes.

**T**Reneris sodalitiū Deiparæ Virginis tredecim monasterijs diuersis attribuit. Moguntino præfuerunt Bauari Principes Philippus, & Ferdinandus. multa fecerunt illustria, ne dicam omnia. nam è serenissimis adolescentibus res ipsæ vulgares tantum splendoris hauriebant, vt viderentur insignes. sæpe illi socios graui oratione ad vitæ, morumque integritatem hortati sunt. sæpius inuitarunt ad Crucis Ecclesiam. præibant pedites, totumq; tempus itineris, quod est vnius horæ tribue-

tribuebant psalmis, alijsque precibus alta voce recitandis. in ipso templo rem sacram audiebant, mox litanias, & alias orationes decantabant, cum ex ara suspendebant munus magni precij cum votiuo carmine eleganter à se descripto. In die Cænæ Domini duodecim pauperibus suis manibus abluerunt pedes, pararunt conuiuium ministrarunt edentibus, & donarunt luculentam eleemosinam. Dum Vormatiensis Episcopus sacrosanctam Eucharistiam in eius die festo circumferret prosequuti sunt ad eius latera preciosos ex auro textili pluuiiales induti, quæ res quoniam hic raræ sunt, in adolescentibus præsertim ita illustribus plurimum valent ad decus religionis, ad nobilium incitamentum, ad documentum populorum. feliciter D.O.M. sibi; & Ecclesiæ tam præclaram sobolem tanto patre dignissimam.

### Scholæ literariæ, & Catechisticae.

**H**ic rursus ijdem bini Principes occurrunt, qui vt scientiam habeant pietati non imparem toto prope modum anno sunt vsi nobis preceptoribus. assiduitate frequentandi, scholas audiendi, excipiendi, reddendi memoriter, græce, latineque scribendi, ac denique

Gym-

Gymnasij legum observatione gregalibus discipulis esse voluc. ut simillimi. sed hanc ipsam ob causam extra numerum fuerunt & insignes. Monasterij censa capita discipulorum mille centum viginti. Treuiris mille; Curatum vt dicta seminamus temporalia, metamus eterna: ex quo multi dum literas doceantur, dedocentur heresim. discipulis cum literis instillata pietas, & vera religionis amor. quam quidam vt tuerentur honorum expoliationem, & verbera, & vexationes passi, que silentio pretereunda non essent, nisi potius pertinerent ad eorum laudem, quam ad Societatem. Adiuu etiam pueri teneriores explicatione doctrine christiane. Spiræ scholis quinque. ad eam Fulda cum cetera non valerent, inuitati munitusculis gratioribus etati, pilis palmaribus, globulis, & alijs ludendi instrumentis, cum que illo deessent vaccinijs, & per elegantibus fasciculis florum ex proxima sylua collectis. hac tantam vim habuerunt, vt etiam filios hereticorum pertraxerint. ex quo factus eorum antesignans notissimi Lutherani filius, qui secum modo quindecim, modo viginti alios adducit eo maiore admiratione omnium, quo notior est parentis alienatio à nobis, & à fide nostra. Deus qui infirma mundi elegit, vt fortia quæque confundat, hoc paruo semine suam interdum veritatem inducit in familias hereticas. ipse facit, vt parentes alioqui infensissimi  
 inuo-

inuccādis cœlitibus Paderbornæ latentur, cū  
 filios, qui instituuntur à nobis, ante quam eant  
 cubitum, litanias recitantes audiunt: Vt Her-  
 bipoli iſdem cum perperam iurant, aut bla-  
 sphemant, bonam in partem accipiant, si ab  
 ijs aliquo exemplo de illius errati nequitia do-  
 ceantur: ut ubique non dedignentur proponi  
 ab eis argumenta pro religione orthodoxa,  
 atque defendi mordicus, etiā cum lachrymis.

### Missiones.

**V** Arijs excursionibus Moguntini, atq;  
 Herbipolenses lustrarunt vicina oppi-  
 da. Heilingestadiensēs pagos duodecim. ibi  
 in monte Adiutorij (loci nomen est) noster  
 aduentus magna populi frequentia, maiore  
 vtilitate celebratus est. Lutheranus templum  
 ingressus, & suffuratus fulcrum ex ijs, quæ  
 pro valetudine, vel recuperata, vel recuperan-  
 da ex voto relinquuntur à fidelibus claudican-  
 tem imitatus, rediit in popinam querens, &  
 eiulans contra catholicos, quod sanus in mon-  
 tem ascendisset, reuenteretur claudus. sed non  
 diu claudicauit, nam excitato tumultu, subi-  
 to quasi exortus ad eum puniendum esset, oc-  
 cusus à suis interiit. lustrarunt etiam Treueris  
 pagos decem, & oppida nonnulla. In quodam  
 ad linguæ lapsus corrigendos vtiliter propo-  
 situm à Nostrijs, atque receptum à rusticis, ut

qui-



quicumque iurarent, blasphemarent, detraherent, si ditiores essent multam pecuniariam inferrent in ararium ob id ipsum in templo constitutum: si tenuiores certas in eodem loco preces recitarent. Inter Erfordenses, & Hildesianos bini sacerdotes versati pro conseruandis reliquijs catholicorum, quæ, quamuis ad eos accesserint hoc anno sex, & viginti, tamē multo pluribus morte decedentibus, quotidie magis atteruntur. Ex ijs adolescens parentem lutheranum interrogauit, posset ne catholicè confiteri, atque communicare. per me, respondit, id tibi licet. cum non omnes illi damnati sint, qui ante nos ideo olim factitarunt. Cōtra vero lutherana mulier adolescentem à se de baptismo susceptum omnibus vsa est artibus, donec à fide catholica deturbaret. vix perfecit opus, cum ipsa deturbata de suprema domus contignatione fractis cervicibus ruina corporis, atque animi mercedem à dæmone recepit. Ad explicandum quas ibi curas, quæ munera nostri homines obierint, satis erit recensere solos fuisse præsidio catholicorum inter hæreticos, quorum petulantia vsq; eo progreditur, vt in solemni supplicatione sarta de virginum capitibus detrahant. quamuis compressi nonnulli; nam ceræ faces, dum in eas petulanter insufflant, repente ad os adnotæ dicto citius, & prolixas eorū barbas, & ipsam comam auidissimè deuorant: ex quo flamas,

mas. quas conabantur extinguere, suis ipsi capitibus auxerunt, neue se ambustos magis exponerent risui, & sibilis omnium, in ultos cooperto capite celerrime subtraxerunt. Peius habitus duo prædicantes, qui nocturno tempore pro Iesuitis habitus, cum neque negando, neque iurando quicquam proficerent, à suis male accepti fustibus, ac penelapidibus obruti sunt. egerrimè tulerunt huiusmodi vicaria verbera. & fortasse æquiores facti, cum sint ipsi experti, quæ Iesuitis exoptant.

### Liberalitas in Societatem.

**H** Eilingestadij ad Collegium nõ ignobilis bibliotheca optimi viri testamento, & taleri sexcenti munere duarum matronarum adiecti sunt. Episcopus imperij princeps monasterium, quod multos ante annos vacuum in nobilium potestatem venerat, aliquot aureorum millibus redemit, & in Collegij vsum nostris Paderbornensibus attribuit. Fabrica collegij Monasteriensis non sine diuino patrocinio crescit inter sexcentas aduersitates. hinc Cænobiarca litem de loci finibus intentat. inde hæretici cæmenta prohibent, & minis conuectores absterrent. alij mendacijs amicorum animos à nobis auertunt, alij exorto incendio, quo domus amplius trecentæ conflagarunt inutilem impensam gymnasiij conuertendam

asserunt ad resarcienda detrimenta flammarum. sed ope Dei, qui facit de tenebris lucem splendescere, tantum pecunię collatum est ad perficiendam structuram, ut opus extolli videatur conatibus aduersariorum. insigniter Princeps, & Archiepiscopus Treuirensis, quippe Collegij fundator, & parens quo tempore Confluentia permansit omnibus nos officijs & beneuolentia signis prosecutus est. præter sumptus ad domum extruendam necessarios, templo peristromata, vestes, aliaque sacra instrumenta, & multa, & magni precij tribuit. Collegio donauit villam vicinitate, & præter fluentis Mosellæ ripis non minus commodam, quam amœnam. Pro nobis Christus debitam gratiam rependat tot benefactoribus, quorum liberalitate nos ad relinquendas cogitationes rerum temporalium, & ad solam perfectionem sequendam excitat.



# PROVINCIA TOLETANA.

## Scholæ & Congregationes.



X auditoribus Belmontani Col-  
legij sex amplexi sunt nostrum  
viuendi institutum. tres è so-  
dalibus Madritanis. Mirum  
in modum illi Sodalitio promo-  
uendo conducit zelus animarum, qui in magi-  
stris elucet. in nouam quandam decuriam, sic  
illi nominant, aptissimum quemquam disci-  
pulum seligunt. vacuis diebus, certo tempo-  
re, in proprijs clasibus conueniunt: pia le-  
ctione, sanctorum exemplis, repetitione cõcio-  
nis audite, sermonibus de virtute, ita erudiunt  
ad Congregationem, vt hinc ad eam, quasi ex  
quodam eius tyrocinio, aut vestibulo valde  
expoliti trãseant. Talabricæ hoc anno in Con-  
gregationem Deiparæ Virginis externis etiã  
hominibus factus est aditus, qui tantum pa-  
tebat nostris auditoribus. adiere è prima no-  
bilitate viri. Canonici prope omnes. ipse Ar-  
chiepiscopi Vicarius, tanto impetu ad pietatẽ,  
vt hic & nouũ, & admirabile fuerit spectare  
Vicarium, Decanum, aliumque virum nobilem.